

chiepiscopo, Bertholdo Colocense electo existentibus. Kalano Quinque Ecclesiensem, Boleslao Vacienensem, Katupano Agriensem, Simone Varaadinensem, Desiderio Chanadiensem, VlinoUltrasilvanas, Kallenda Vespriensem, Gottardo Zagrabiensem, Petro Geuriensem Ecclesias gubernantibus. Cheffano filio Stephani Bacchiense & Palatino Comite, & Cheffano filio Miche Bano & Saguriensi Comite existentibus. Jula Budugriensem, Nicolao Bichorrensem, Petro Curiali Comite Regine, Chenadiensem, Benedicto Suprinuensem, Alexandro Musoniensem, Ochuz Vespriensem Comitatus tenentibus. Regni nostri anno secundo. — Ego Cumanus Clericus Communis Spalatensis Juratus Notarius, ut in authentica Regia bulla de auro bullato vidi, verbo ad verbum scripsi & consueto signo complevi.

Liber Factorum Reip. Venetiarum T. V. p. 195. in caes. Archivio Viennensi.

XXXVII.

Anno 1209.

Andreas II. Rex civitatem Varasdinensem propter servitia in captivitate sibi exhibita privilegiis donat et insulae Zrepichar seu Žrepinec ultra fluvium Dravam in circuitu metarum ejusdem civitatis sitae mentionem facit.

In Nomine Sancte Trinitatis et Individue Unitatis. Andreas dei gratia hungarie, dalmacie, croacie, Rame, seruie, Gallicie, Lodomerieque Rex in perpetuum. Ordo Juris expostulat & ratio exigit equitatis vt bone fidei contractus perpetue stabilitatis gaudeat firmitate, nec iniquorum fraudibus dissolvatur, que ab initio ex equitatis processerunt, hinc est, quod ad petitionem fidelis nostri Poch Palatini et Comitum Musuniensis et maxime fidele servitium hospitum nostrorum in vila Varasd commorantium quod nobis deuote fideliterque, dum in Kene detineremur in carcere exhibuerunt, pio affectu Regio considerantes, eis tam in presenti existentibus, quam eciam superuenientibus perpetuo Jure contulimus statum huiusmodi libertatis ac terram circumdatam vndique metis precepimus eis assignare. Libertas prenominatorum hospitum nostrorum hec est: quod Comes vel suus Comes Curialis non habeat potestatem eos iudicandi, sed inter eos quemcunque uolunt Iudicem constituent, quem Rihtardum solent appellare, nullus autem Burgensis tributum & tricesimam solvere teneatur, nisi qui vadit in Theuthoniam cum suis mercimonijs de quolibet curru ponderato solvet tres denarios, de singulis vero equis venalibus duos denarios, de duobus Bobus vnum denarium, de tribus porcis vnum denarium, in portu drave de quolibet curru vnum denarium. Item idem Hospites tenentur soluere comiti eiusdem Castri in Festo sti Martini de qualibet curia duodecim denarios, quos Iudex eorundem debet colligere, quociens autem comes ca-